

Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 13

Domno sancto ac venerabili in christo patri asuario, abbati de monasterio s. salvatoris nos donatores ego elmfredus et coniunx mea Doda constat nos non imaginario iure sed propria voluntate nostri arbitrii donamus donatumque in perpetuum esse volumus pro animae nostrae remedium partibus s. salvatoris ad monasterium qui vocatur prumia hoc est campo iuri nostri terra propria habentem plus minus iure uno ad prope kilibergo in pago bedinse et subiungit de uno latus terra ipsius monasterii s. salvatoris de alio vero latus terra scaifario de tercio latus terra guntcario de quarto namque latere terra ipsius sepedicti monasterii et ipso campo coram testibus vobis perpetualiter ad partem prefati monasterii tradidimus possidendum. Similiter in alio loco qui vocatur mainouuis in pago bedinse donamus donatumque in perpetuum esse volumus pro animae nostrae remedium vel pro eterna retributione, alio campo plus minus habentem iure uno et subiungit ab uno latus terra s. salvatoris de alio latus terra scaifario de tercio namque latus terram guntcario de quarto vero latere ipsius iam sepe fati monasterii et ipso campo coram testibus vobis vel rectores ipsius monasterii perpetualiter tradidimus ad diem presentem ad possedendum ita ut ab hac die vos successorcsque vestri pars iam dicti monasterii habendi tenendi et in omnibus regendi vel excolendi vel quicquid exinde elegeriti faciendi lilieram ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis vero. quod futurum esse non credimus si nos ipsi aut aliquis de heredibus aut proheredibus nostris seu quislibet extranea persona contra hanc donationem ullum umquam tempore ubi ire voluerit aut eam infringere conaverit inferat vobis tantum. Et aliud tantum quantum presens donacio ista in se continet et insuper auri uncias III argento pondera quinque coactus exsolvat et quod repetit evindicare non valeat sed haec donacio ista omni tempore firma permaneat stipulatione subnixta. Acta prumia monasterio VII Kal. Augusti in anno XXXII regnante domno nostro Karolo gloriosissimo rege.

Signum Helmfredo qui hanc donationem fieri et adfirmare rogavit. Signum dudanae uxore ipsius helmfredo consencienti. Signum Hilfredi S. Ratberto S. Warimbaldi S. Gagantilfi S. Hadeberti S. Lantberti S. Aittulfi clerici S. Gaicelini clerici S. Rodingo S. adalhelmi S. Leutgauh Ego adalfredus ac si indignus peccator presbiter rogatus scripsi. Duo iura de uno latus s. salvatoris terra de alio similiter de tercio latus scaifario quarto latus gimgario ad prope de kilibergo in elemosina Helfrido. Similiter in alio loco in mainouuis alio iure deterra et habet confines de uno latus terra s. salvatoris de alio similiter de tercio latus scaifario de quarto latus gungarius in dudanae elemosina.

Carta quam Helmfridus et coniunx sua duda fecerunt in pago bedinse iuxta castrum Kiliburg et in alio loco qui dicitur meinouuis. —.